

Rome 2. Octobr. 1683.

ADvenit Secretarius Regis Poloniae cum primo-
rio primi Vezirij Standardo utpote magna-
nimitatis Regis illius tessera, illudq; Pontifi-
ci, Regis sui nomine, obtulit: Est illud exi-
miæ magnitudinis viridisq; coloris, cui arabicis literis
subsequentia, jussu Pontificis in Latinum versa, inscripta
erant.

Ex una parte.

Auguramus tibi (Vezirio) felicem prosperumq; suc-
cessum, & ut Deus remittat tibi peccata, sanctamq; suam
tibi gratiam concedat.

Ex altera parte.

Deus tibi auxilium porrigat, & victoriam tribuat, qui
in cordibus fidelium vult habitare, ut ita propagetur pu-
ritas & sinceritas fidei suæ.

Circum circa in margine ab utraq; parte.

Non est Deus, præter Deum & Mahometes Prophe-
ta Dei.

Et Standardum illud, quod solet dare Turcarum,
Imperator Primo Vezirio, quotiescunq; ad magnam ex-
peditionem proficiscitur. Hinc in Capellâ Pontificiâ sub
Missa post offertorium in terram dejectum atq; à Pontifi-
ce calcatum, consecratum est, & ad perpetuam Dei me-
moriā ad Sanctum Petrum affigetur. Ceterū con-
tinuantur in omnibus gratiarum actiones pro tanto Dei
beneficio, & præterlapso die Martis cantata est in omni-
bus Ecclesijs Missa defunditorum pro animabus militum,
qui tam in, quam extra Civitatem Viennensem
occubuerunt.